ANGELOMUS LUXOVIENSIS
Salzburg, St. Peter, um 850/859 Seite 19r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



DIXAUT DS; PRODUCAT TERRA ANIMAM UIUEN-
TEM. & rlq USQ; ET UIDIT DS, QUOD ESSET BONU. v. 24

Si enim ds uidit qd esset bonu. et quid dicendum
de putredine arborum & infirmitatibus diuer
sarum creaturarum. Nisi qm cum creata sunt, non
apparebant iste infirmitates: sed in sua origine
acceperunt ut in futuro haberent. Sed quid est qd
ait: uidit ds qd esset bonu. id est in ea bonitate pla
cuit ut maneret, In qua placuit ut fieret qd fecit; sequitur.

FACIAMUS HOMINEM AD IMAGINEM ET SIMI
LITUDINEM NOSTRAM. v. 26.

Quid est qd ait faciamus hominem ad imaginem
nram. Nisi quia iam rationabilis creatura
condebatur: ut quodamodo cum consilio facere
uideretur. & ut nobilitas eius ostenderetur;
Ideo ait faciamus; sed quare superius dictum est.
dixq; ds fiat & hic ait. faciamus hominem ad
imaginem. & rlq. Pluraliter, ut ostenderet
quia trinus est ds in psonis: & unus in diuinitatis natu
ra, Ind. e. qd in consequentibus dr. & creauit ds
hominem ad imaginem suam. & rlq. Homo quip
pe ad imaginem di dr, secundum qd animam habet in
uisibilem, & inmortalem in sua natura; Sed si